

PRIMI REG.

non usquequo incalesceret dies: qui autem remanserunt dispersi sunt, & non retransferrunt ex eis duo simul.

Dixitq; populus ad Samuel, quis est iste qui dixit Saul nō regnabit super nos? Sententia recte redditur: quanvis Hebraicē interrogatiū scribatur absque negatione, date viros & intesiemus eos. Dixitq; Saul: non morietur quisquam die hac, quia hodie fecit dominus salutem in Israēl. Hinc clarè appetat quod Saul & Samuel simul erant in die victoria.

Dixit autem Samuel ad populum: venite & eamus in Ghilghal, & innouemus ibi regnum. Suaem elegit Samuel modum ad confirmandum regnum Saulis de consensu omnium absque punitione eorum qui despicerāt Saulem: vt sic illi pœnitentes concurrerent vnamiter cum reliquis ad regnum Saulis. Et perrexit totus populus in Ghilghal, & fecerunt ibi regem Saul coram domino in Ghilghal. Iuxta Hebreūm habetur. & fecerunt regnare ibi Saul in conspectu Iehouah in Ghilghal. regem siquidē prius fecerant, sed modō fecerunt eum regnare: hoc est regalem statum assumere & officium exercere in conspectu domini: hoc est cum ea reverentia diuina perinde acī astant coram deo. & innolauerunt ibi victimas pacificas corā domino. Ecce Saul & Samuel simul in Ghilghalis sacrificantes deo absq; vll: dissensione: vt hinc perpendamus verū esse q; diximus in præcedēti capitulo, verba illa Samuelis ad Saulē descendes ante me in Ghilghala, aut esse mandatum generale aut fuisse mandatū de descensu in Ghaghala ante prælim contra Hammonitas: quod angustia temporis nō permisit impleri. & letatus est ibi Saul & omnes viri Israēl nimis. Iuxta Hebreūm habetur, usque valde. Magnitudo letitiæ nō excessiva sed usque ad latitudinem maximam describitur.

CAPVT XII.

Ixit autem Samuel ad uniuersum Israēl: ecce audiui vocem vestram in omnibus que dixisti mihi, & constitui super vos regem. Hæc Samuelis verba ad populum, coram Saule rege ibidem (hoc est in Ghilghalis) innouato regno intellige dicta, tunc enim iudicio se supposuit regis si quis aliquid aduersus eum haberet. Et nunc ecce rex graditur ante vos ex quo scuui & incanui, & filii mei ecce sunt vobis: & ego ambulauis coram vobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc. Liberam proponit facultatem populo petendi iustitiam aduersus filios suos & aduersus te, diuersum modē ramen-

quo-

CAPVT XI.

iii

quoniam circa filios non se extendit, sed sat esse censuit obtulisse eos iudicio: de scipio autem diffusè prosequitur. Vnde & subiungitur. Ecce adsum, loquimini de me coram domino & coram christo eius. Et Hebraicē habeatur. testificamini in me coram Iehouah & coram vñcto eius. Et hinc appetet quod Saul fuit publicē vñctus in regem. nisi enim publicē vñctus fuisset in Maspha quando creatus est rex, & forrē iterum in Ghilghalis quando fecerūt ipsum regnare, non dixisset Samuel publicē & coram vñcto eius. utrum bonum cuiuspiam tulierim aut asinum, si quempiam calumniatus sum. Iuxta Hebreūm habetur. fraudavi. Quod autem subditur, si oppresi aliquem. Iuxta Hebreūm habetur. si complacui. Et est sermo de violatione iudicij ad placendum alicui. si de manu cuiusquam manus accepi, & contemnam illud hodie. Iuxta Hebreūm habetur. & faciam celare oculos meos in eo, est enim pars inchoatae clausulae de muniberis. Præmittitur enim iuxta Hebreūm. & de manu cuiusquam accepi precium. statimque subditur. & faciam celare oculos meos in eo. Et est sensus si accepi quācumque rem prelio estimabilem ut velarem oculos meos à prosequenda iustitia ob ipsum precium. & solito more futurum faciam respicit præteritum accepi. Deinde immediate sequitur. & restituam vobis. Plenè exponit se iudicio & satisfactione.

Et dixerant: non es calumniatus nos neq; oppresisti. Iuxta Hebreūm habetur. non fraudasti nos & non complacisti nobis repetuntur enim supra dicta verba. neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitq; ad eos, testis est dominus aduersum vos & testis christus eius in die hac quod non inueneritis in manu mea quippiam: & dixit, testis.

Erit Samuel ad populum. Iustificato ipso Samuele à populo corā deo & rege, manifestat Samuel populo quod populus ipse non est iustificatus relatiū ad deum tempore regiminis ipsius Samuelis, sed peccauit petendo regem. dominus qui fecit Mosem & Aharō, & qui ascendere fecit patres vostros ex Argypio, adest. In Hebreao non est verbum adest: verū congrue subintelligitur, ut declareret Samuel præsentia summi dei subiunctis verbis tanquam ex diuino instinctu procedentibus, intendit enim loqui ut proprieta. Et nunc state ut iudicio contendam aliussum vos coram domino. Iuxta Hebreūm habetur. & indicabovis vobis in conspectu Iehouah,

Et

Et est sensus q̄ agam personam partis vnius & vos personam alterius tanquam in iudicio coram deo. vtraque enim pars accusator videlicet & reus) comparent in iudicio ut iudicandi: & propterea dixit & iudicaboi vobis. de omnibus misericordiis domini. Iuxta Hebreum habetur. de omnibus iustitiis Iehouah quas fecit vobis & cum patribus vestris. Beneficia diuina collata & ipsis & patribus appellata iustitias summi dei secundum effectum: quia reddebat eos debitores secundum iustitiam deo. huiusmodi enim debita sunt materia causae quae proponitur in hoc iudicio.

Quonodo ingressus est Iacob in Aegyptum: & clamauerunt patres vestri ad dominum, nō sit deus dominus Moysen & Aharon, & eduxerunt patres vestros ex Aegypto, & habitare fecerunt eos in loco hoc. Incipit commemorare in specie huiusmodi iustitias dei. Et oblitis sunt domini dei vestri: tradiditq; eos in manū Sisera principis militia Chazor & in manum Pelithinorum & in manum regis Moab, & pugnauerunt cum eis Non ordinatē scribuntur historiæ: nam (ut patet in libro iudicum) prior fuit oppressio à rege Moab quam à rege Chazor, & demum fuit oppressio à Pelithinis. Clamaueruntq; ad dominum & dixerunt: peccauimus quia dereliquimus dominum & seruimus Behalim & Hassharoth, & nunc libera nos de manu inimicorum nostrorum & seruimus tibi. Misitq; dominus Ierubbabal & Bedan.

Quis fuerit iste Bedan, in libro iudicum non legitur sub hoc nomine: autem ipsum esse Samsonem. & Iaphnah & Samuel: & liberavit vos de manu inimicorum vestrorum per circumuum & habitatis confiderent. Et vidisti quod Nachas rex filiorum Hammon venit contra vos. Visque in locum hunc distulit author libri scribere alteram causam, quæ mouit populū ad petendum regem: videlicet quod quia viderunt Nachas regem Hammonitarum præparasse bellum, immo venisse contra Israel, petierunt regem. ex eo enim quod aperte litera sonat venisse, intelligendum est quod incepérat venire quando petierunt regem: sed obsidio Iabes Ghalahad postea superuenit. & dixisti milis, nequaquam manebimus ut hactenus, sed rex regnabit super nos: cū dominus deus vester regnaret in vobis. Pertinacia populi superioris narrata, vñico verbo negatione nequaquam describitur cum ratione culpe: videlicet parcipiente tanti beneficij quod Iehouah Elohe vester esset rex vester, sic enim habetur Hebraicē. Et nunc ecce rex quem

quem elegeritis & petieritis: ecce dedit dominus emper vos. Si imberbis dominum & seruietis ei, & audietis vocem eius & non egredieris a deo: & non rebelabis a oriente Iehouah. Scientia est clara. eritis & vos & rex qui regnauerit super vos, sequentes dominum Deum vestrum. Si autem non audietis vocem domini, sed exacerbabis sermonem domini, Iuxta Hebreum habetur. rebellabis a oriente Iehouah, contemnendo precepta eius, erit manus domini super vos & super patres vestros. hoc est reges vestros qui debent vestri patres esse: è regione enim prius dicti & vos & rex vester, dicit modo in vos & in patres vestros.

Et etiam nunc state & videte rem hanc grandem, quam dominus facit in oculis vestris. Nonne meus tritici est hodus: innocabo dominum & dabis voces: hoc est tonitrua & pluia: & scitote & videte quod grande malum feceritis vobis in conspectu domini. Iuxta Hebreum habetur. quod malum vestrum magnum quod fecistis in oriente Iehouah petendo vobis regem. Perpende moderamen. contestatur enim & quod peccauerunt grauiter petendo regem: & præmisit quod ex quo factus est rex, in facultate eorum est ut bene vel male succedat. si enim timuerint Deum & obedierint ei, bene succederet: sin autem, erit manus domini super eos. Ratio autem peccati petendo regem, in litera redditur quia Deus erat rex eorum. Intellige prudens lector, q̄ quāuis petere regem nullum peccatum sit ex proprio genere, peccatum tamen sit præsupposita dispositione diuina qua ordinauerat seipsum regem Israel: ita quod eleuauerat Israelem in regnum pecuniale ipsi Deo. Et ex hac circumstantia peccatum fuit & graue petere regem: & propterea Samuel hanc rationem repetit. & ad hoc afferit diuinum testimonium per pluiam ac tonitrua tempore insolito: ut populus agnoscat peccatum suum, & interna penitentia deleat illud.

Et clamauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces & pluianam in die illo: & timuit totus populus validum dominum & Semuel. Ecce effectus intētus in populo: diuinus videlicet timor cum agnitione peccati quod commiserant petendo regem.

Dixitque totus populus ad Semuel: ora pro seruis tuis ad dominum Deum tuum ut non moriamur: addidimus enim omnibus peccatis nostris malum petendo nobis regem. Dixit autem Samuel ad populum: ne timeatis, vos fecistis totum malum hoc. Timorem mortis corporalis formidat ex fulminibus excludit ab eis:

PRIMI LEG.

ita tamen ut eos dedisse occasionem huic malo affirmet. *ver-*
tu *amen* nolite recedere à tergo domini. Iuxta Hebræum habe-
tum ne recedite ex post Iehouah. quanvis petendo regem
peccaueritis (ut diuino videtis testimonio) hoc tamen dun-
taxat à vobis exigitur ut non cessetis sequi Iehouah. sed ser-
uite domino in toto corde vestro. Et nolite declinare post *vana*. Iuxta
Hebræum habetur. Et non declinabit post *inanis*. Vniuersa si-
mulachra appellat *inanis* eo quod vacua secundum verita-
tem sunt deitate quæ illis attribubitur quæ non proderunt nec li-
berabunt quia *vana* sunt. Hebraicè habetur. *quia inania ipsa*. ea-
dem enim dictio repeatur. Non enim derelinquet dominus popu-
lum suum propter *nomen suum magnum*: *quia surauit*. Iuxta He-
bræum habetur. *quia voluit facere vos sibi in populum*. & nihil
dicitur de iuramento. Absit etiam à me ut peccem domino cessa-
do orare pro vobis: *docetque vos viam bonam & rectam*. Vide iu-
stitionem Samuelis prophete: peccare se fatetur coram summo
Deo si cessaret orare pro populo: debitorem siquidem se a-
gnoscit tum ad orandum pro populo, tum ad docendum eos
viam bonam ac rectam. Et dixit hoc ad tollendam à popu-
lo suspicionem vindictæ: hoc est quod Samuel tanquam
vltor iniuriæ sibi illatae à populo volendo regem qui iudi-
caret eos, desineret intercedere pro ipsis ad Deum. *Igitur tim-*
ete dominum. Parui refert quod Hebraicè habetur. *Tanquam*
timete Iehovah & seruire ei in veritate in toto corde vestro. Tertio
repetit necessitatem timoris diuini. nec aliud ab eis exigit
quam timere summum Deum & seruire illi in veritate ex to-
to corde. *vidistis enim magnifica qua in vobis gesserit dominus*.
Iuxta Hebræum habetur. *videte enim qua fecit grandescere vo-*
biscum. Ad instar rerum grandescentium describit beneficia
diuina collata populo, eò quod siebant quotidie maiora ac-
cumulatione beneficiorum. *Quod si perseveraueritis in malitia*.
Iuxta Hebræum habetur. Et si malignando malignabimini. vt
primum referatur ad animum, alterum ad opus. & *vos & rex*
vester peribitis.

CAPVT XIII.

Illi *vnius anni erat Saul cum regnare capisset*. Iuxta he-
bræum ad verbum habetur. *Filius anni Saul in regna-*
re suo. hoc est ad instar filij anni vnius innocens
regnabat Saul. describitur siquidem qualitas regnandi,
& nihil dicitur de initio regnandi. & duobus annis regnauit

super

CAPVT XIII.

114

super Israel. Occurrit statim quæstio de veritate hōrū verbo-
rum: quoniā perspicuum est Saulem tot bella gessisse quæ infe-
tius narrātur, multo plures annos regni eius contestantia: &
Paulus apost. Act. 13. clare dicit Saulem regnasse annis qua-
draginta: quanvis Iosephus in calce libri sexti de antiqui-
tibus dicat Saulem regnasse annis viginti ac decē & octo vi-
uēte Samuele, & duos mortuo Samuele. Solutio est quod hic
non supputantur regni Saulis anni absolute, sed anni antedi-
ctæ qualitatis regnandi. descriptus enim fuerat Saul regnans
tanq filius vnius anni: subiungitur consequēter quātō tempore
durauit tale regnare, & dicitur quod duobus annis regnauit
(subaudi tāquam filius vnius anni) super Israel. *Et elegit sibi*
Saul tria millia *de Israel*. Electio ista facta videtur tunc quādō
erant in Ghalghalis post victoriam contra Hāmonitas: nam
subiungitur q̄ reliquum populū remisit ad propria. Oportuit
autem habere iugiter tria millia virorum electorum in prō-
ptu, propter Pelithinos adhuc retinetes præsidia in pluribus
locis Israëlitarum. Erant cum Saul duo millia in Michmas &
in monte Beth'el & mille erat cum Ionathan in Ghibba Biniamin:
& ceterum populū remisit, vnumquemque in territoria sua.

Et percusserit Ionathan stationem Pelithinorum quæ erat in Gh-
baa. Iuxta Hebræum habetur. *prefectum Pelithinorum qui in*
Ghebah. Sed sensus in idem redit: quoniam percussum intel-
ligitur præsidium Pelithinorum cum suo præfecto quod in
Ghebah, quæ corrupte dicitur Ghaba. quod cum audirent Pe-
lithim. Reclius contextur Hebraicè. & audierunt Pelithini.
explosum videlicet fuisse præsidium eorum ex Ghebah. De-
inde immediate sequitur. & *Saul sonuit cornu in omni terra di-*
cendo, *audiens* Hebrei. Duos effectus subsecutos (alterum apud
Pelithinos, alterū apud Saulem & Hebreos) narrat: videlicet
vt *robisque* *auditā* fuisse percussione præsidis Pelithinoru. Et
totus Israel *audiuit* *huiusmodi* *famā*, percusserit Saul præfectum Pe-
lithinorum & erexit se Israel aduersus Pelithim. Iuxta Hebræum
habetur. & etiam fastidierunt Israelem Pelithini. Altera causa
ex parte Israëlis adiungitur: vt intelligamus q̄ subiuncta po-
puli cōgregatio orta est tum ex percusione præsidis Pelithi-
norum facta à Ionathan, tum ex fastidio Pelithinoru. clau-
mant ergo *populus* *post Saul in Ghalghala*. Iuxta Hebræum
congregati sunt populus *post Saul in Ghalghala*. quod corrupte
dicitur Ghalghala. Dic̄tio interpretata cōgregati, significat
Pij congrega-

congregationem cum clamore seu sono: ad sonū enim buc-
cū congregatos fuisse significatur.

*Et Pelithim congregati sunt ad præliandum contra Israēl triges-
ta millia currū & sex millia equitum, & populus sicut arena quæ
est in littore mari in multitudine. Ecce effectus subsecutus apud
Pelithinos ex percussione sui præsidij audita. ascenderuntque
& castramētati sunt in Michmas ad orientem Beth' aen. Quod cū
vidissent viri Israēl se in arce positos. Iuxta Hebræum contex-
tus est clarus. Et viri Israēl viderunt quod angustia eis, quia fuit
oppressus populus. Consideratio futuri eventus conferendo Il-
raelē exercitui Pelithinorum describitur. multi enim vi-
dentes tantum Pelithinorum exercitum bene armatum &c.
Israēlē verò absque ullo gladio aut lâcea (vt inferius sub-
iungitur) censuerūt populum angustari & opprimi à Pelithi-
nōis: & propterea timuerunt & abscondit se populus in speluncis & in abditis. Iuxta Hebræum habetur. & in scissuris mon-
tium. in petris quoq; Rectius diceretur. & in rupibus. hoc enim
quadrat & antecedentibus & sequentibus. & in antris. luxa
Hebræum habetur. & in acutis. Loca squide inhabitalia in
acutis summitatibus describuntur. & in cisternis. Hebrei autem
transierunt Iordanem. Iuxta Hebræum habetur. Et Hebrei trans-
ierunt Iarden in terram Gad & Ghilhad. Et est sensus q; multi
Hebrei transierunt ex terra promissionis in terram tribus
Gad & tribus Menassis, cuius erat terra Ghalahad. Cerne in
quot partes scissus est populus Israēl qui erat cū Saule. cumq;
adhuc esset Saul in Ghilghal. Quanuis prius descripta fuerit
sparsio populi sequentis Saulem, nō tamen fuit prius disper-
sio populi quām fuerit res quæ subiungitur gesta sed (vt subi-
uncta testantur) Saule existente in Ghalghalis & expectante
Samuelem, prænarrata sparsio populi facta est. Et scribitur
Saul adhuc in Ghalghalis ad insinuandum tum locum vbi
expectauit Samuelem, tum quod ipso Saule præsente ibidem
vbi congregatus fuerat populus pro bello contra Pelithi-
nos prædicta gesta sunt: ne putaretur quod hęc gesta fuerint
Saule recedente ex Ghalghali ad collem Beniamin, quasi
absentia vel abscessus regis fruisset occasio dispersionis. to-
tus populus perterritus est qui sequebatur Saulem. Ecce initium
dispersionis populi congregati internus timor, seu tremor vt
Hebræa sonant.*

*Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis. Iuxta
Hebræum*

Hebræum habetur. Et expectauit septem dies ad tempus quod di-
xit Samuel. Pondera testimonium sacræ scripturæ, afferentis
quod Saul expectauit septem dies quos dixerat Samuel. Ad-
verte quoque quod si hęc ad literam commemoratur dictum
Samuelis cap. 10. oportet consequenter fateri quod illud mā-
datum fuerit mandatum generale, nam res hęc quæ modò
narratur gesta in Ghalghali, gesta est post biennium à re-
gno Saulis: vt patet ex eo quod modo in hac re Saul pecca-
uit ita vt mereretur deici à regno: per biennium autem sine
crimine regnabit. Et si illud non fuit generale mandatum,
hic primum per modum commemorationis narratur Samue-
lem dixisse ex parte Dei Sauli similia verba illis quæ scripta
sunt cap. 10. & nō venit Samuel in Ghilghal: dilapsusque est po-
pulus ab eo. Ecce quādo dispersio supranarrata facta est. Aitq;
Saul, afferre mihi holocaustum & pacifica: & obtulit holocaustum.
Intellige iuxta solitum loquendi morem in scriptura quod
Saul obtulit holocaustum, non vt sacerdos sed vt laicus. nam
& de Elcana patre Samuelis scriptum est in primo huius li-
bri capitulo quod Elcana immolauit: & tamen nō intelligi-
tur quod sacerdotis officium usurpauerit, sed quod immola-
uerit vt Laicus. & de Salomone scriptum est q; obtulit super
altare in holocaustum mille hostias 3. Reg. 3. & tamen non
intelligitur q; obtulerit vt sacerdos sed vt Laicus. Cum ergo
scribitur q; Saul obtulit holocaustum, intelligendum est quod
obtulerit vt laicus secundum ritum legis scriptum in Leuitico,
& non quod usurpauerit sacerdotis officium, vidēs enim
Samuelem non venisse, iussit afferri ad se animalia quæ pre-
parauerat offerenda tam in holocaustum quām in hostiam
pacificorum, vt secundum ritum legis fungeretur officio laici
offerentis. Cumq; compleset offerre holocaustum, ecce Samuel ve-
nit: & egressus est Saul obuiam ei vt salutaret eum.

*Et dixit Samuel, quid fecisti? dixi q; Saul quia vidi quod dilar-
beretur populus a me, & tu non veneras iuxta placitos dies &
Pelithim congregati erant in Michmas. dixi: nunc descendit Pe-
lithim ad me in Ghilghal, & faciem domini non placavi. Iuxta
Hebrei habetur. non precatus sum, insinuatur enim hinc quod
holocaustum obtulerat ad supplicandum Deo vt reuelaret
quid esset agendum. & necessitate compulsus obtulit holocaustum.
Iuxta Hebræum habetur. & roboraui me & obtulit holocaustum.
Roboraui inquit me, hoc est animaq; uiorem me reddidi ad*

P iiij confu-

PRIMI REG.

consulendum Deum te absente. *Dixitque Samuel ad Saul: ful-
tè egisti: Iuxta Hebr. habetur. desipisti. arguitur enim interne
imprudentie; deinde externæ inobedientia; nec custodisti mā-
data domini Dei tui quæ precepisti tibi. Iuxta Hebræum habetur.
nō custodisti mandatum Iehouah Elohe tui quod precepit tibi. asserit
enim Deus præcepisse mandatum quod Saul violauit. Et cō-
munis hinc quæstio oritur, quod est illud præceptū Dei vio-
latum à Saule. teste nanque scriptura ipse expectauit dies se-
ptem, & se expectasse dies septem dixit Samuel: nec Samuel
de hoc ipsum reprehendit. At si dicatur mādatum Sauli fuisse
ut expectaret Samuelem ad consulendum dominum, ab-
surdum videtur quod expectatio huiusmodi non esset defini-
ta ad certum tempus, puta septem dierum: alioquin pro-
rogaretur in infinitum. Solutio est quod hoc mandatum
diuinum violatum à Saule nō fuit mandatum legis, sed mā-
datum particulare, per Samuelem nunciatum Sauli. Et quā-
tum coniicio mandatum hoc fuit, ut Saul expectaret dies se-
ptem Samuelem ad consultandum Deum intercedente ho-
locausto: ut sic Deus reuelaret Samueli quid agēdum esset,
& Samuel indicaret regi quid esset acturus circa bellum. hęc
enim colligo ex scriptis hic & in cap. 10. Violatio autē Saule
consistere videtur in hoc quod non expectauit septimum
diem integrum. ita quod & verificatur scriptura quod expe-
ctauit dies septem, quoniam etiam aliquanta parte diei se-
ptimi expectauit: & verificatur promissio Samuels scripta
tam cap. 10. quām hic insinuata, videlicet quod veniret in-
fra septem dies. implesse siquidē promissionem suā Samue-
lem significat scriptura, narrando quod in fine oblationis ho-
locausti venit Samuel: manifestans per hoc quod si Saul per
vnam vel duas horas amplius expectasset, non obtulisset ho-
locaustum sine Samuele. igitur quia in nō expectatione ho-
tarum inobedientia fuit, cōcludendum est violatam esse ex-
pectationem septimi diei integri ad cōsulendum Deum per
holocaustū præsentē Samuele, ut dictū est. Nec ex istis infe-
ras inhibitū fuisse vniuersaliter Sauli offerre holocausta aut
cōsulere Deum absq; Samuele: sed hoc fuit speciale māda-
tum pro illa vice, vel fuit generale mādatum quotiescumque
vniuersus populo cōgregabatur à rege ad bellū. quod si non fe-
cisset, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israēl in
sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurgat. Iuxta
Hebræum*

CAPVT XIII.

116

Hebræum habetur, quia nunc fecit dirigere Iehouah regnum tuum
super Israēl usque semper. Et nunc regnum tuum non firmabitur. Duo
dicit, alterum præteritum iunctum præsenti, dicendo quia
nunc fecit: alterum futurum iunctum similiter præsenti, di-
cendo, & nunc nō firmabitur. Insinuatur enim per hęc quod
tam fecit dirigere quām firmabitur, pendent ex nunc: hoc est
ex præsenti merito. Et est sensus quod Deus secundum præ-
sens meritum si fuisset meritum obedientię ordinavit regnum
tuum in seculum, & secundum præsens meritum inobedien-
tię regnum tuum non firmabitur. Nec tu lector, rationem
quęsatis huius diuinę ordinationis: quoniam verba prophetarum
sunt, ex mera diuina voluntate pendentia. quās inītus domini si-
bi virum secundum cor suum. Vide reuelationem propheeticam.
& dicit quās inītus, quia ad similitudinem quārentis inter tot
Israēlitas elegit Dauidem tāquam virum secundum cor suū.
& præcepit ei ut sit dux super populum suum. Pronomen ei, de-
monstrat Dauidem qui hic dicitur vir secundum cor Dei. Et
dicitur præcepit ei & non dicitur nunciauit ei, quia præcep-
tum quidem decreuit, sed præceptum non promulgauit. ni-
hil enim sciebat Dauid de huiusmodi dispositione diuina.

Et hinc habes prudens lector, quod multo tempore re-
gnauerat Saul quando hęc gesta sunt, vel Dauid puerulus
erat: quod minus quadrat laudi Dauidis, scilicet quod erat
vir secundum cor Dei. quia non seruasti quod præcepit tibi do-
minus.

Seruixit autem Samuel, & ascendit de Ghilghal in Ghibham
Biniamin & reliqui populi ascenderūt post Saul obuiam popu-
lo qui repugnabant eos vementes de Ghilghal in Ghaba in colle
Biniamin. Vniuersa hęc ultima clausula de ascensiū populi in
Ghaba, superflua est, nam in Hebræo non habetur; sed statim
post narratum ascensum Samuelis in collē Beniamin sub-
iungitur. & reconfuit Saul populum inuentos cum eo, sicut sexcen-
tos viros. Perpende quod recesserant à Saule nō solum qui cō-
nuerāt in Ghilghala, sed etiā tria millia quę prius elegerat:
ita quod ex omnibus non nisi sexcenti remanerunt cum eo
& Ionatha. Et Saul & Ionathan filius eius & populus qui inuen-
tus est cum eis, manebant in Ghebab Biniamin. In eundem itaque
locum tutum iuerunt Samuel & Saul ac Ionathas. Pelishim
autem castramati erant in Michmas.

Et egressi sunt ad prædandum de castris Pelishinorum tres cunei.

P iiiij

Iuxta

Luxta Hebreum habetur. & exiit vastator de castris Pelisthi, nōrum in tria capita. Describitur quod̄ congregatus exercitus Peluthinorum quum non haberet cum quo prælium committeret, ad officium vastādi Israëlitas securus diuisus est in tria capita per tres vias. caput vnum vertebat se ad viam Ephraim ad terram Saul. Corrupta est litera legendum est. ad viam Ophrah ad terram Suhal. Nomina sunt propria. Et caput vnum vertebat se ad viam Bethchoron: & caput vnum vertebat se ad viam termini respicientis super vallem Zebirim ad desertum.

Faberque ferrarius non inueniebat in tota terra Israel: dixerat enim Pelithim, ne forte faciant Hebrei gladium aut lanceam. Descendebat; omnis Israel ad Pelithim: ut acueret unusquisque vomerem suum & ligonem suum & securum suum & sarculum suum. Claram hinc apparet quod̄ quanvis Israëlitæ haberent regem, tanta tamen seruitute opprimebantur à Pelithinis ut nec faber inueniret in Israel. Nec sis sollicitus de nonnullis instrumentorum ad colendum terram quæ in litera numerantur: quoniam una est ratio omnium. Retuse itaque erant acies vomerum & lignonum & tridentium & securum usque ad stimulum corrigendum. Luxta Hebreum habetur. Et erit multiplicatum os vomeribus & lignonibus & securibus: & ad rectificandum stimulum. Duplexque sensus potest esse. alter ut significetur effectus subsecutus ex percussione præsidij Pelithinorū acta à Jonathan: videlicet quod̄ ex tunc Israëlitæ tanquam rebelles Pelithinis non ausi sunt ire ad terrā Pelithinorum ad acuedum huiusmodi instrumenta agriculturæ: & propterea narratur quod̄ in huiusmodi instrumentis effecta sunt ora multa, quod nos diceremus effectos in eis dentes multos. Alter sensus est ut significetur remedium adiumentum in tali necessitate: videlicet quod̄ vtebantur lima ad acuendos vomeres ligones & stimulos: lima enim infinita habet ora. & significatur verbo futuri temporis relatiæ ad præteritum quod contigerat. Primus tamen sensus complectendus videtur ad literam: tum quia magis quadrat gestis à Jonathan: tum quia tanta multitudine limarum permissa Israëlitis, minus quadrat priuatione prænarrata. tum quia contextus defectus narrat subsecutos ex priuatione fabrorum: & primum narrat multiplicatum os in instrumentis agriculturae. deinde eodem stylo immediate subiungit. Et erit in die belli & nō fuit inuenitus ensis & lacea in manu totius populi qui erat cū Saul & cū Jonathan:

C

& inuenitus est Saul & Jonathan filio eius. Sed admiratione nō caret quod̄ ante istū conuētū populi in Ghalghalīs ad bellum præcesserat victoria contra Hammonitas. mirum enim videtur quod̄ ex tanta victoria non retulerint Israëlitæ multitudinem ensium & lancearum ex Hammonitis: iam enim habebant regem ad respirandum contra Pelithinos. Egressa est autem statio Pelithinorum ad transiit Michmas. Ne saepē oporteat idem repeteret, ybiunque in hoc tractatu de Pelithinis in vulgata editione legitur statio, legendum esset præfetus seu præse.

T accidit in quadam die. Parui refert quod̄ Hebraicè habetur. Et fuit dies. forte enim significatur dies proximus aduentui eorum in collē Béiamin. & dixit Jonathan filius Saul ad puerum armigerum suum, veni & transamus ad præfectū Pelithinorum qui est trans locum illum: patrique suo non indicauit. Et Saul manebat in extrema parte Ghibba sub malogranato quod est in Mig'ron: populisque qui erat cum eo, erat circiter sexcentorum virorum. Et Achib'iah filius Achitub, fratrius Ichabod, filii Pinchas, filii Heli sacerdotis domini in Silo. Pronepos erat iste Heli. fuit enim filius Achitub, filii Phinees, filii Heli: quia Achitub frater fuit Ichabod posthumus Phinees mortui in bello quo capta est arca Dei. portabat ephod. hoc est sacerdotalem habitum secum habebat ad sacerdotio fungendum. populisque ignorabat quod̄ abiisset Jonathan.

Et inter transitus quibus querebat Jonathan transire ad præfectū Pelithim, erat dens petra à transiū hinc & dens petra à transiū inde: noménque unius Bozex, & nomen alterius Senech. Dens unus stabat ab Aquilone contra Michmas: & alter à meridie contra Ghebah. Dixitque Jonathan ad puerum armigerum suum: veni & transamus ad præfectū incircuncisorum istorū, forte faciet dominus nobis, quoniam non est domino difficile saluare vel in multis vel in paucis. luxta Heb. habetur. quoniam non Iehovah retentor ad salvandum in multo vel in paucis. Et est sensus: quoniam nullus est qui retineat summum Deum à salvando in multo vel in paucis. Magna fiducia, sed non imitanda. euentus siquidem testatur diuinitus fuisse inspiratam. Dixitque ei Armiger eius: factum quod est in corde tuo, perge quo cupis, ecce sum tecum secundum cor tuum. Et dixit Jonathan, ecce nostransmus ad viros & aperiemur eis. si ita dixerint nobis expectate donec veniamus ad vos.

vos, stenus in loco nostro, nec ascendamus ad eos: & si sic dixerint, ascendite ad nos, ascendamus quia tradidit eos dominus in manus nostras: & hoc erit nobis signum. Et decernere sibi hoc omen sine diuina inspiratione, illicitu quoq; fuisse, nā fuisset nōnullū diuinationis peccatum: sicut & illud fuisset tentare deum.
Apparuerintque ambo praefecto Pelisthinorum: & dixerant Pelistini, ecce Hebrei egreduntur de cavernis, in quibus se abscondent. Locutique sunt viri praefecti ad Ionathan, & armigerum eius & dixerunt, ascendite ad nos & ostendemus vobis rem. Mosloquendi, in confuso significans quod clare intelligitur, ratione materie de qua agitur. & dixit Ionathan ad armigerum suum: ascende post me, quia tradidit eos dominus in manum Irael.

Afendit autem Ionathan reptans manibus & pedibus, & armigerius post eum. Quanuis verum sit Ionathan sic ascendisse, non tamen dicitur quod sic ascenderit videntibus Pelisthinis: ratione enim consentaneum est quod ascenderint per viam inopinatā à Pelisthinis, hoc enim insinuat descripta via immeabilis: & propterea more quadrupedū à Ionathan pertransita, itaque cum vidissent faciem Ionathan, alii cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat sequens eum. Iuxta Hebreum habetur. & ceciderunt in faciebus Ionathan & armiger eius interficiens post eum. Poteſt tamen legi in casu nominatio, & armiger eius interficiens post eum: ita ut casus Pelisthinorum attribuatur Ionathæ, mors autem etiam armiger. Modis quo res haec gesta est, humanus non appetet: quāuis Iosephus dicat quod Pelistini existentes in præfido dormientes occisi sunt. Sed sacrae scripturæ textui hic modus nō quadrat, dum narratur quod ceciderunt in facie Ionathæ: cōtextui autē quadrat, vt diuinitus redditi attoniti ceciderint ante faciem Ionathæ. nā subiungitur quod deus immisit tremorem in castra Pelisthinorum: hinc enim insinuat quod tremor iste incepit in illo prædio, & extensus est ad castra Pelisthinorum &c. Et fuit plaga prima, qua percussit Ionathan & armiger eius circiter viginti viros, velut in dimidia pate iugera terre. Non sat fuit narrare numerum occisorum, sed etiā describitur quantitas terræ, in qua isti percussi sunt: ad insinuandum quod nō sunt progressi, ultra Ionathas & armiger eius ad percutiendum istos viginti. vt hinc appareat magnitudo facti, quod nō vagè loq̄; sparsos istos viginti occiderint,
sed in

sed in tam paruo spatio terræ vt essent quasi simul. Et factum est miraculum in castris, & per agros. Iuxta Hebreum habetur. Et fuit tremor in castris, in agro, & in toto populo. Deinde immediate sequitur. præfetus & vaſtator tremuerunt etiam ipſi: & tremuit terra, & fuit in tremorem Elohim. Vide quantū differt vulgata editio ab hebraica veritate. describitur causa subiuncta: & victoriæ tremor diuinitus immisus, & in castra Pelisthinorum, & in sparsos Pelisthinos per agros, & in omnē populu eorum, nec solum in vulgo, sed etiam in præfectos, & in vaſtatores superius descriptos, distinctos in tres cuneos: & demū manifestatur quod tremuit terra. Et quoniā distinctè hominū species narrauerat tremuisse, adiungendo tremore terriæ, significare videtur corporalē tremore ipsius terræ: vt intelligamus fuisse tremore, & internum in animis hominum, & externum in ipsa terra in qua erant: ita quod tremor terra externus fuerit causa tremoris interni.

*E*t respicerunt speculatores Saul in Ghibla Biniamin. Narratur modus quo que gerebatur inter Pelisthinos, innotuerunt Sauli, & ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens. Iuxta Heb. habetur. & ecce tumultuās liquefactus est, & iuit & fregit se. Et est ordo literæ, quod tumultuans turba iuit & frigit se, & fuit liquefacta. Hebrei siquidem maius præponunt minori. Dispersi itaq; Pelistini visi sunt tanquam ea que liquefunt. Et ait Saul populo qui erat cum eo, quærite & videte quos quis abiicit ex nobis: cumq; quæfissent, inuenient est non adesse Ionathan & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam Reeto graditur ordine, consulendo deum per sacerdotē, applica arcam domini. Legendum esset, applica te ad arcam elohim. sapientia enim hebraica litera omittit præpositionem. rat enim ibi. Non habetur in hebreo, ibi. Quod ideo annotauerim vt intelligamus, p arca Elohim non erat allata vt esset ibi, sed vt esset cū exercitu filiorū Israël: ad hoc enim insinuadū hebraica veritas habet. quia fuit theca Elohim in die illo, et filii Israël. Ratio itaq; præsentia arcæ fuit cōcomititia filiorum Israël, quorū dūtaxat remanserat simul sexcēti viri cū rege. reliqui enim dispersi erāt: vt in præcedēti cap. scriptū est. Cūq; loqueretur Saul ad sacerdotē, tumultus magnus exortus est in castris Pelisthinorum, crescebatq; paulatim, & clarus resonabat. Iuxta Heb. habetur. Et fuit usquequo locutus est Saul sacerdoti, & tumultus qui in castris Pelisthinorum & iuit enudo & multiplicando: & dixit

Saul

Saul sacerdoti, congrega manum tuam. Conferendo hæc vltimo dicta verba ad sacerdotem, apparet qdum loqueretur Saul sacerdoti ad consulendum dominum audiuit Saul (vel per seipsum vel per nuncios aut speculatoros) tumultum in castris Pelistinorū magis ac magis augeri: & quod sacerdos vacante Saule ad percipiendum argumētum hoc tumultus, incepit extendere manus secundum, ritum consuetum ad supplicandum deo: & quod Saul percipiens deum iam factore respondisse, dixit sacerdoti vt defiseret à cōsulendo deum, volens tunc progreedi ad persequendos Pelis̄hinos.

Sed quæstio oīitur quo pacto verificantur hæc duo vide-licet quod speculatores viderunt Pelisthinos frangere se & liquefactos, & q postea tumultus in castris magis ac magis creuerit. Solutio est q vtrū; est verū respectu diuersorum quædam enī multitudi vīsa est frangens se & iens quasi liqueficer: animæquiores autem in castris manerunt tumultuantes, & horum tumultus describitur auctus,

Conclamauitq Saul & totus populus qui erat cum eo. Dictio interpretata conclamauit, significat congregationem cum clamore seu sonitu buccinæ ad congregandum populum, & venerunt vīque ad prælium: & ecce erat gladius vniuersusque in proximum eius, & cedes magna nimis. Iuxta Hebræum habetur, attonito magna valde. Fingere liceat vocabulum attonitionis ad manifestandum Hebraicam veritatem. Ratio siquidē redditur quare Pelisthini percutiebant Pelisthinos quia erat attoniti valde. deus enim fecit eos attonitos: ex tremore enī superius descripto effecti sunt a toniti. Et Hebræi qui fuerant cum Pelisthīm sicut heri & nudius tertius, ascenderant, cum eis in castra. Deficit in circumitu, infinuitur enim per hoc q Hebræi venerant cum Pelisthīnis non pugnati, sed seruiti vēhendo opportuna ad viētum exercitus. & propterea dicitur quod erant in circumitu castrorum tāquam ad communitatem omnium. Et ne putares istos Hebreos fuisse transfugas ex Israel ad Pelisthinos, describatur Hebrei Pelisthīnorū sicut heri & nudius tertius: hoc est soliti seruire Pelisthīnis, qui videlicet habitabant inter Pelisthinos. etiam ipsi reuersi sunt vt essent cum Israel qui erat cum Saul & Ionathan. Et omnes viri Israel qui se absconderant in monte Eph'rain, audierunt quod fugerent Pelisthīm: & persecuti sunt etiam ipsi eos in prælio. & erant cum Saul quasi decem millia virorum. Superfluae sunt

istæ

istæ vltimæ octo dictiones: nam in Hebræo non habentur. Et saluauit dominus deus in die illa Israelem. Explicatur causa tanta salutis summus deus, pugnāque transiuit Beth' aen.

Et viri Israël sociati sunt sibi in die illa. Iuxta Hebræum habetur. Et vīr Israël op̄ pressus fuit in die illo. More solito prius summarie narratur res gesta, & deinde subiungitur modus quo res est gesta. describitur siquidē prius populus oppres-sus fame à Saule rege, & deinde qualiter Saul affixit popu-lum fatigatio-ne & inedia. adiurauitq; Saul populum dicendo, maledictus vir qui comedet panem vīque ad vesperam & vindi-cabor de inimicis meis: & non gustauit totus populus panem. More imperator ex exercitus pœnam maledictionis valde graue apud Hebreos apponit comedenti vīque ad vesperam, non vt prohibeat refractionem sed ne impeditiat persecutio ho-stium tunc exequenda. Nihilq; inordinati præceptū istud in se continet: quoniam recti ordinis ratio exigit vt præsentanea persecutio hostium tam necessaria preponeretur cibo illius diei. pro minoribus siquidem causis indicitur quandoq; ie-juinum vīque ad vesperam. Et tota terra venit in syluam: eratq; mel super faciem agri. Ingressusq; est populus syluam, & apparuit fluis mel: & nullus applicuit manum suam ad os suum, timuebat enim populus iuramentum.

Ionathan autem non audierat quando adiurauerat pater eius po-pulum, misitq; extremitatem virg. quam habebat in manu sua & intinxit in fauum mellis: conuertitq; manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Præ labore multo debiles effecti spi-ritus refocillati sunt, ita vt sensibiliter immutatio appareret in oculis tanquā restauratus fuerit visus. Respondique vir de populo & dixit, adiurando adiurauit pater tuus populum dicendo maledictus vir qui comedet panem hodie: defeccerat autem popu-lus. Iuxta Hebræū habetur. & fatigatus est populus. Ecce mo-dus quo oppressus est populus: fatigatione videlicet cum inedia. Dixitq; Ionathan, turbanuit pater mea terram. Ab effectu experto in seipso & effectu quem videbat in populo, censem Ionathas præceptum patris turbasse populum. vidisti ipsi. Iuxta Hebræum habetur. videte obsecro. vel nunc. Testes in-uocat populum. quod illuminati sunt oculi mei qui agustauit pau-lum mellis huius. Quāto magis si comedēdo comedisset hodie po-pulus de preda inimicorum suorum quam reperit, nonne maior fa-cta fuisset plaga in Pelisthīm? Verum dicit si mora comedendi non

non fuisset impedimento præsentancæ persecutioni. iuuensis sententia videtur. Percusseruntque in die illa Pelisthim & Michmas usque ad A'ialon: & fatigatus est populus nimis. Legendum est. valde. Terminus dici describitur in quo comedere concessum est.

*E*t versus est populus ad prædam, & tulerunt oves & boues & filios bovis, & mactauerunt in terra, comedique populus cum sanguine. Nunciaueruntque Sauli dicendo, ecce populus peccavit domino comedendo cum sanguine. Ad sensum patet quod si iuguletur animal in terra, non perfectè purgatur sanguine. Oportet enim iugulum pédere ad hoc ut sanguis totus defluat. & propterea hinc factum est ut populus comedeter cū sanguine: hoc est carnes non plenè purgatas à sanguine. Et quia hoc erat contra legem Mosis, ideo scribitur populum peccasse. & dixit, prævaricati es, voluisti ad me hodie lapidem grandem. Dixitque Saul, dispergimini in populum & dicetis eis afferte ad me unusquisque bouem suum & unusquisque pecus suum, & mactabitis hic & vescemini, & nō peccabitis domino comedendo cum sanguine. Cerne zelum boni regis: autoritatem præsentiæ sua interponit ad hoc ut efficax sit monitio ne iugulent animalia in terra, sed veniant iugulaturi super lapide grande: unde possint animalium iugula pendere, & sic totus sanguis effluere. adduxitq; totus populus unusquisque bouem suum in manu sua usque ad noctem. Iuxta Hebreum habetur nocte, & mactauerunt ibi. Pars enim noctis significatur occupata iuglando animalia super lapidem. Et edificauit Saul altare domino. Intellige non edificasse duntaxat altare, sed etiā sacrificasse super illud summo deo. nō enim frustra & sacrificauit altare sed ad altaris usum. tuncq; primum cœpit. Iuxta Hebreum habetur. ipsi incepit edificare altare domino. Declaratur illud alare fuisse primum altare edificatum à Saule rege. sacrificia siquidē quæ pri⁹ obtulerat, super altaria ab aliis costructa obtulerat. *E*T dixit Saul: descendamus post Pelisthinos nocte, & rastremus eos donec illucescat mane nec relinquamus eis virum. Sumpcio cibo hæc dixit. & dixerunt, omne quod bonum est in oculis tuis fac: & ait sacerdos. Nec in tam celeri persecutione defuit sacerdos. Accedamus huc ad Elohim. Regem inuitat ad approximandum ad altare ad consulendum deum. Et cōsuluit Saul in deo, an perseguar Pelisthim? an tradas eos in manum Israël: Dicitio interpretata deum, est nomen Elohim, & non respondit ei

et in die illa. Dixitq; Saul, accedite huc omnes anguli populi. hoc est vniuersa capita populi tāq; per angulos distincti. & scitote & videite in quo sit hoc peccatum hodie. Indubie putabat Saul deū non respondisse propter peccatum aliquod illo die cōmissum. Quia visus dominus saluans Israëlem. Modus iurandi illo tempore est. quod si faciat illud in Ionathā filio meo, absq; retractatioē morietur. Iuxta Hebr. habetur. moriendo morietur. Præcēps fuit hoc iuramentum fundatum super falsum. nam neq; peccatum oportuit esse occasionem negare responsionis diuinæ: & esto quod fuisset peccatum, non oportuit fuisse peccatum morte dignum: vt rei probauit euentus. ad quod nullus contra dixit ei. Iuxta Hebreū habetur. & no respondet ei ex omni populo. quod plus est q; non contradicere. Et ait ad vniuersum Israël, vos eritis in parte una, & ego ac Ionathan filius meus erimus in parte altera: responditq; populus ad Saul, quod bonum est in oculis tuis fac.

Et dixit Saul ad dominum Deum Israël, da indicium. Iuxta Hebreū habetur. da perfectum. Reliqua autem quæ subiunguntur in vulgata editione dicta à Saule deo (videlicet. quid eis quod non responderū seruo tuo hodie? si in me aut in Ionathan filio meo est iniquitas hec, da ostensionem: aut si hec iniquitas est in populo tuo, da sanctitatē) superflua sunt. nam in Hebreo non habentur: sed immediate post illa verba da perfectum, subiungitur & comprehensus est Ionathā & Saul. Petendo autem da perfectum, supplicat ut opus inquisitionis huius ad debitam perfectionem deducatur, vt nulla ex parte deficiat, vt nihil illi desit. & comprehensus est Ionathā & Saul, populus autem existit. Et ait Saul, mitisse sortem. Sensus recte redditur: verū Hebrei cōscrībitur. facite iacere inter me & inter Ionathan filium meum. Quid autem esset illud iaciendū non scribitur. & captus est Ionathā. Dixitq; Saul ad Ionathan, indica mihi quid feceris: & indicauit ei Ionathan & ait, gustādo gustavi in summitate virge quæ erat in manu mea paululū mellū & ecce ego morior. Parui refertq; Hebraice habetur. ecce ego moriar. Et sunt verba non affirmatis sed conquerentis quod pro tam leui causa sit occidēdus. Dixitq; Saul, sic faciat mihi deus & sic addat, quia moriendo morieris ionathan. Dicitio interpretata deū, est nomen Elohim. Inexcusibile est hoc nouū iuramentū per execrationē: quia cognita iam causa nō solū leuissima, sed etiā absq; peccato illo (quoniā nesciens paternū præceptū sumpserat Ionathas patrum mellis) abstinere debebat à cōminata morte in genere. Di-

Dixitq; populus ad Saul: an Ionathan morietur qui fecit salutem hanc magnam in Israe: hoc nefas est. Iuxta Hebreum habetur. abist, viuit dominus si ceciderit de capillo capiū vius in terram. Ad tuendum innocentē excitatus est populus, tum propter beneficium magnum ab eo suscep̄tum, tum, quia cum deo operatus est hodie. Rectius legeretur. quia cum Elohim fecit diem istum. Et est sensus quod non solum fecit nobis salutem magnam, sed etiam cum deo summo iudice gubernatoreq; nostro fecit hunc diem salutarem, & propterea tanquam minister & cooperator dei seruandus est. liberavit ergo populus Ionathan ut non moreretur. Iuxta Hebreum habetur. & redemerunt populus Ionathan, & non est mortuus. Tanquam redemptio censetur officium populi pro Ionatha, quia Ionathae iniustam vexationem à rege redemerunt iureirando ac ratione duplici.

Sed oritur quæstio, quonā pacto verificatur Ionathæ innocentia hinc & inde verificatur deprehensio Ionathæ diuino testimonio. si enim innocens fuisset Ionathas, nequam deus petenti regi ob cuius culpam negata responsio fuisset, Jonathan demonstrasset: nam indicatio Ionathæ, responsua fuit petitioni regis quis fuisset in culpa. Solutio est quod Ionathas fuit quidē innocens sumendo mel inscius paternæ maledictionis: sed peccauit audito mandato regio probando factum propriæ cometionis, arguens patrem qui præceperat. Fuit itaq; Ionathas dupliciter in culpa: primum sumedo mel: & sic non fuit in culpa secundum animum, sed secundum damnatam operationem. deinde secundum probationem facti & secundum animum & secundum verba peccati: vnde merito diuino testimonio deprehensus est peccasse. Verum minus intelligentes diuini testimonium & Saul & Ionathas & populus, libraverunt duntaxat factum damnatæ cometionis: ut clare sonat litera & propterea tanquam innocens iniuste vexatus, redemptus est à populo. Ascenditq; Saul de retro Pelishim: & Pelishim abierunt in loca sua.

ET Saul confirmato regno super Israe, pugnauit per circum uitum contra omnes inimicos suos: contra Moab & filios Hammon & Edon, & reges Zobah & Pelishinos. Summarie colliguntur præclara Saulis gesta deinceps: quoniam author libri nō intendit scribere gesta Saulis in particulari, sed ad Dauidem

prope

properat propter quod illa tantum gesta Saulis subiunguntur inferius quæ relationem habent admixtā ad ea quæ sunt Davidis: quale est bellum contra Hamalec, cuius occasione reprobatus est Saul, & vincitus Dauid, & simile quid inuenitur in subiunctis bellis cum Pelishinibus. & quocunque se vertebat superabat. Iuxta Hebreum habetur. & in omnibus ad quæ vertet, faciet iniquare. Et est sensus, faciet pati pœnam iniquitatis sue dixerat enim quod Saul pugnauit cum quinque nationibus: subiungit cōsequenter quod omnes hostes fecit pati pœnam iniquitatum suarum. Ad explicandum autem Hebraicam dictionem finimus verbum iniquare tanquam deductum à nomine iniquus, ad significandum vsum iniquitatis. Sed hic significatur iniquitatis v̄sus non actiue, sed passiuē. Saul enim vincēdo eos, fecit eos iniquos quo ad pœnam. Et scriptum est hoc, ad manifestandum bellâ prædictorum hostium Israe fuisse iniqua. Cōgregati que exercitu. Iuxta Hebreum habetur. Et fecit fortitudinem. hoc est congregauit gētem fortē. describitur enim mediū quo Saul vicit tot nationes. Et deinde immediate sequitur. & percussit Hamalec. Ad differentiam aliarum supradictarum nationum (quæ nō fuerūt delecta à Saule) dicitur specialiter quod percussit Hamalec, delen̄to eos. & eruit Israe de manu vastatorū eius. Ecce frētus victoriarum Saulis, non subactio hostium, sed liberatio Israe is à vastatoribus eius.

Fuerunt autem filii Saul, Ionathan & Il'seu & Malchisah: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogeniti Merab, & nomen minoris Michal. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimam: & nō principis militie eius Abiner filius Ner patruī Saul. Et Cis pater Saul: & Ner pater Abner filius Abi'el. Fuitq; bellum forte contra Pelishinos omnibus diebus Saulis: nam quemcumque videbat Saul virum fortē & aptum ad bellum, sociabat eum sibi. Ecce modulus quo Saul congregauit gentem fortē.

T dixit Samuel ad Saul: me misit dominus ut vngere te in regem super populum eius, super Israe, nunc ergo audi vocem verborum domini. Sic dicit dominus exercituum recordari. Iuxta Hebreum habetur, recordatus sum, hoc est ad instar recordati me habui. quemadmodum enim metaphorice dicitur Deus iratus, ita dicitur recordatus secundū similitudinem effectus, sive loquendo sive faciendo quemadmodum recordatus

PRIMI R.E.G.

recordatus homo facit seu loquitur. quæ fecit Hamalec Israëli, quomodo restitit ei in via. Iuxta Hebræum habetur. quæ posuit ei in via cum ascenderet ex Aegypto. Lege 17. capitulum Exodi, & 2. Deute. & inuenies res gestas ab Hamalec contra Israëlem in via ex Aegypto venientem. Nunc vade & percutie Hamalec, & demoliemini omnia quæ sunt eius & non parces ei: & non concupisces ex rebus ipsius aliquid. Superflua sunt haec ultimæ septem distiones. sed interficies à viro usque ad mulierem; à puerulo usque ad lactentem, à bove usque ad agnum, à camelio usque ad asinum.

Præcepit itaque Saul populo. Iuxta Hebræum habetur. Et congregauit Saul populum. executio siquidem narratur diuini præcepti. & recensuit eos quasi agnos. Iuxta Hebræum habetur. & numeravit eos in agnis ducenta millia pedium, & decem millia virorum Iehudæ. Non desunt tamen dicentes distinctionem interpretatam agnis, esse nomen proprium loci in quo Saul recensuit congregatum populum. & legunt. in Telaim. Et hic sensus quadrat rationi. nam legendō in agnis, sensum aiunt esse quod ad euitandam numerationem populi, singuli determinerunt singulos agnos: ut sic ex numero agnorum sciretur numerus populi, & tamen non essent numerati in seipsis, sed in agnis. hoc enim minus rationi cōsentaneum est: nec in legge prohibita est numeratio populi conuenientis ad bellum, sed numeratio vniuersi populi à viginti annis & supra, nisi &c. Et venit Saul usque ad ciuitatem Hamalec. retinetq; infidias in torrente. Dixitq; Saul ad Cenæum: recedite, descendite de medio Hamalecarum ne disperdam te cum eo. Natio ista Cenæorum ex socero Mosis originem traxerat, & benigne se habuerat cum Israelitis: & propterea Saul gratus beneficiis receperit mones ut recedendo se salueret. & tu fecisti misericordiam. Legendum est gratiam cum omnibus filiis Israhel quando ascendenterunt ex Aegypto. Hæc gratia innuitur. Nume. 10. & recessit Cenæus de medio Hamalec. Percusstq; Saul Hamalec, à cauila donec venias in Sur quæ est super faciem Aegypti. Cepitq; Agag regem Hamalec vivum: & totum populum interfecit in ore gladii. Ecce iam armatus ensibus populus Israhel, cuius paulo ante nullus habebat ensim aut lanceam præter Saulem & Ionatham. Et percipit Saul & populus Agag & bonis onibus & bobus. Directè contra mandatum Dei misericordia ista fuit: ut suprascripta testantur. & vestibus. Iuxta Hebræum habetur. & pinguisib; & arietibus. nullaque fit mentio vestium. & vniuersis quæ pul-

chra

CAPVT XV.

125

chra erant. Parui refert quod Hebraicē habetur. & omni bono. clausula enim generalis est, comprehendens quicquid boni inuentum fuit non fuisse destrūctum, sed seruatum: ad differentiam rerum vilium, ut subiungitur. & non voluerunt disperdere ea: quicquid verò vile fuit & reprobum, disperdiderunt.

Vitque verbum domini ad Samuel dicendo, panisset me quod cōficiucrum Saul regem. Metaphorice attribuitur Deo pœnitere, pro quanto ad instar pœnitentis hominis reuelat aut operatur. quia dereliquit me. Parui refert quod Hebraicē habetur. quia reuersus est ex post me. hoc est quia auersus est à secundo me. & verba mea non impletivit: contristansque est Samuel. Iuxta Hebræum habetur. & iuratus est Samuel. Tanta significatur Samuelis tristitia ut excanduerit, quemadmodum excandescere soliti sunt ministri principis cum audiunt à principe displicere illi opus factum ab ipsis ministris de mādato eiusdem principis. apprehendit ut siquidem hoc à ministro tanquam redundans in ipsis ministri dedecus. & cl. manit ad dominum tota nocte, non voce sensibili, sed cordis magno desiderio supplicans pro regno Saulis. Et surrexit Samuel de nocte. Aurora potius quam nox significatur. ut ierit ad Saul mane: nuntiatione que fuit Samueli dicendo, venit Saul in Charmel & erexit sibi fornacem triumphalem. Iuxta Hebræum habetur. & ecce faciens stare sibi manum. vel locum. Et dicitur manum vel locum, quia Hebraica dictio anceps est ad manum vel locum. Et si legitur locum, sensus est quod Saul statuit sibi in Charmelo locum certum in memoriam tantæ victoriae: si verò legitur manum, declaratur quale signum tantæ victoriae in monte Charmeli statuerit: videlicet figuram manus, eò quod manu valida deleuerit Hamalec. & reuersus transiit. Iuxta Hebræum habetur. & circumiuit & transiuit, & descendit in Ghilghal. hoc est in Ghalghala ubi inuenit eum Samuel. Et Saul offerbat holocaustum domino de initia predarum quæ attulrat de Hamalec, & cum venisset Samuel ad Saul. Totum hoc superfluum est: nā in texu Hebraico nō habetur. in quo sequitur immediate. Veni q; Samuel ad Saul, & dixit ei Saul, benedict⁹ tu Ichonah, in casu dativo. & nulla fit metio sacrificij. implevi verbū domini. Dixitq; Samuel: & quæ est vox omnis harū in auribus meis, & vox bonū quā ego audīo? Et ait Saul, ex Hamalecitis adduxerunt eas: quia pepercit populus bonis onibus & bobus ad immolatiōnē domino deo tuo, reliqua verò occidimus.

Q.ij

Dixitq;